



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo
Libros Distribvtvs**

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

bus in creatione, seu fundatione iuris patronatus per testatorem ap-
positis derogetur: quod ita pro-
cedit, ut neque pro una vice, ac
de consensu heredis, seu Patroni
possit Episcopus alterare testato-
ris voluntatem, etiamsi id tende-
ret in utilitatem Capellaniæ, quia
per Concilium Tridentinum est
sublata dicta potestas, & ante Cō-
cilium idem prohibebatur in d. clz.
*Quia contingit de Relig. dom. & ita
declarasse Sac. Cong. testatur Ricc.
in Prax. for. eccles. p. 4. ref. 463. Mar-
cellus Vulp. in Prax. Iudic. for. ec-
cles. cap. 49. n. 25. & refertur etiam in-
ter decis. Iuens. par. 4. dec. 171.*

78 Alij vero asserunt, posse Episco-
pum concurrente iusta, & ratio-
nabili causa legatum aliquod in-
æquale, aut in melius commuta-
re requisito prius consensu her-
edis, & Ecclesiæ, cui legatur, etiamsi
posset impleri de facto, & de iu-
re *Sylu. in ver. legatum 4. n. 12. idem
Genuens. mutans opinionem in præ-
dicti cab. eccl. g. 213. & alijs, quos re-
fert, & sequitur Bonacini, loco cit. n.
4. Diana ubi supra Rota in una To-
letana Capellaniæ 14. Februarij
1583. coram Robusterio, quam re-
fert Ricc. par. 7. dec. 2796. Barbos. de
off. & pot. Epist. par. 3. alleg. 83. n. 5.
vbi hanc facultatem extendit etiam
ad Cardinales in eorum titulis, vbi
de iure habent iurisdictionem E-
pisopalem.*

79 Addit tamen Bonacini. loco ci-
tato, quod si heres, vel ecclesia
irrationabiliter dissentiat, potest
Episcopus solus id præstare: suffi-
cit enim præsumpta rationabilis
defuncti voluntas, qui si viueret,

rationabiliter responderet, ut hoc
ipsum fieret, ut notat etiam Ge-
nuens. d. cap. 19. n. 4. Barbos. d. aleg.
83. n. 6. Rot. in d. Toletana coram
Robusterio.

80 Huiusmodi etiam potestatem
commutandi ultimas voluntates
transire in capitulum sede vacan-
te dicit Dian. par. 8. tract. 4. ref. 34.
81 nisi forte testator prouiderit quid
faciendum sit de legato usu non-
impleto: hoc enim easu non potest
fieri commutatio ab Episcopo, ne
que à Capitulo sede vacante l. li-
berto S. huins, & ibi Bart. ff. de
Ann. legat. Sylu. loco cit.

82 Quamvis autem Cone. Tridentinum d. eff. 22. c. 6. præscribat, cō-
mutationes ultimarum voluntatū
non nisi ex iusta, & necessaria
causa esse faciendas: tamen hæ
verba Concilij non esse accipien-
da coniunctiæ, sed disiunctiæ,
& sic Episcopum posse commuta-
re legata, vel ex iusta, vel ex ne-
cessaria causa dicit Comitolus
Resp. mor. lib. 7. q. 9. quem refert, &
sequitur Dian. loco cit.

SV M M A R I V M .

An possit Rector ecclesiæ repudiare
absque solemnitate hereditatem,
seu legatum eidem ecclesiæ reliquit,
& num. 2.

3 Quando acquisitione fit in eodem actu,
in quo fit repudiationis, tunc ille
actus acquisitionis non habetur in
consideratione, secus si fiant duo
actus separati, & n. 4.

5 Datur actio contra Prælatum, qui
ecclesiæ utilitati non prospexit.

6 Ecclesia uti potest prius legio restitu-

tio-



- tions in integrum, si ob renuncia-
tionem laesa fuit, nisi res illa ac-
quisita fuerit alteri ecclesie.
- 7 Capitulum potest agere, ubi tra-
ctatur de presudicio ecclesie, &
Episcopatus.
- 8 Si ecclesia est collegiata, non potest
solus Rector remittere caducita-
tem.
- 9 Post declaratam caducitatem non
potest Beneficiarius illam remit-
tere.

C A P. XI.

An, & quando Rector ecclesie
repudiavit legatum seu ha-
reditatem ecclesie reli-
cam, incurrat in
censuras ex-
trau. Am-
bitiosae.

I Osse Rectorem ecclesie
repudiare legatum, si-
ue hereditatem delata
nonandum tamen eccle-
sia incorporatam absque assensu
apostolico, tenent Doctores, quos
refert, & sequitur Bonacini in
tract. de alien. Bonor. eccl. disp. 2.
q. vn. pun. 2. n. 33. & ita decisum
refert Ricci in collect. decis. 1622. p.
5. quia repudiatione non est aliena-
tio. I. alienationis ff. de verb. sign. &
ideo repudiante non incidere
in penas dictae extrau. dicunt DD.
apud Quarant. in ver. alienat. rer.
eccl. n. 43. & hanc esse communio-
rem sententiam testatur Piasc. in
Prax. Epis. par. 2. cap. 5. n. 33. que-
admodum potest solus Prelatus,

seu Rector remittere caducitatē
emphiteutæ ecclesie, ut post Ias.
in legatum num. 18. ff. de leg. 1. &
alios dicit Quarat. loco cit. n. 44. &
alij apud Bonacini. ubi supra n. 21.

2 Alij tamen putant, alienationē
rerum ecclesiasticarum non solū
acquisitarum, sed etiam acquirē-
darum prohiberi, & ideo non
posse Prelatum absque solemnitate
renuntiare legatum, siue ha-
reditatem, tum quia huiusmodi
res transeunt in ecclesiam ipso
iure, & possessio absque tradicio-
ne in eam transfertur l. vt inter di-
uinum ubi Bart. C. de sacrof. eccl.
tum etiam quia illis cedere non
potest Prelatus, nisi prius saltem
ordine intellectus intelligatur
adisse, & ita potius sumus in ac-
quisito, quam in acquirendo, ita
Quarant. ubi supra num. 23. & 43.
vers. Prelatus in fin. Barbos. de offic.
& pot. Epis. p. 3. all. 95. num. 54. ubi
alios referunt.

3 Quare distinguendi sunt duo ca-
sus: primus est, quando acquisitione
fit in eodem actu, in quo fit repudiatio,
& tunc ille actus acquisitionis
non habetur in considera-
tione, tum quia est momentaneus,
tum quia non est ordinatus prin-
cipaliter ad acquirendum, siue
adeundum, sed potius ad repudiā-
dum, & in tali casu nulla incurrit
excommunicatio, neque alii
pœnae d. extrau. Ambitiosae Ricci
in Collect. decis. 3054. par. 7. ubi ci-
tat Peregrin. decis. 30. & 210. lib.
2. Vinc. de. Franch. dec. 14. n. 25. &
seq. Put. dec. 519. lib. 2. & alias Ro-
te decisiones.

4 Secundus casus est, quando siū
duos